Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Allgemeine Wissenschaft zu predigen, oder Sittliches Wörterbuch - Cod. Ettenheim-Münster 92-96

nach 3. franz. Auflag [...]

Ettenheim-Münster 94

Cartier, Gallus

[S.l.], 1741

Zusatz

urn:nbn:de:bsz:31-110820

Visual Library

„und denselben in den abgrund aller arm=
„seligkeith stürtzet, denen mann doch die
„hand hätte darbiethen sollen, ihn von sei=
„nem Elend herauß zureissen?

Was thust du unbarmhertziger mensch?
Der arme klopfet nicht vor deiner thür,
daß du ihn noch ärmer machen, sonder ihm
ein hilf reichen sollest. Du bist gleich denen
Zauberern, welche die gemeinste speißen mit
gifft vermengen, und diejenige dardurch tödten,
denen ~~daß~~ die vergiffte Speiß zum wenigsten
verdächtig scheinet, welche auch ihr gifft auf das
Zierlichste wissen zuverdecken: solcher gestaltz
befleissest dich gleichfalls dein wucher zu=
vermänteln unter dem schein einer herr=
lichen guthat, die du dem nächsten erwei=
sest, daß er gantz ohnvermerckt das tödtliche
gifft hinab schlucket, so du ihm zubereithet,
und dessen stärcke nicht ehender gewahr
nimmet, biß ihm die Seel auf der zungen
schwebt.

Zusatz.

Dominus Carolus Loiseau, postquam de pensio=
nibus disseruit, quas hypothecarias, vagas, aut
currentes, vel personales vocat, ad distinctionem

clientelarium, quæ à persona debentur, et non à fundo, quæ consistunt in simplicibus hypothecis, et quæ sunt instituta in gratiam comercij et negotiationis pecuniariæ ordinariæ: Postquã dixit, has pensiones apud Romanos in usu non fuisse; quia mutuum pecuniæ cum fœnore ipsis cum quatuor moderationibus illis, quæ successivè additæ fuerunt, licitum erat: ait, quòd cùm speciosiora arcana Juris Gallici ex Jure Romano sint eruta, ita etiam harum pensionũ origo ex illo fuerit deprompta; scilicet ex Leg: 2. de debit. Civ. lib. 2. Cod. ubi Constantinus mandat, quòd non possint recipi et repeti pecuniæ fœnori datæ à Comunitatibus Urbium et Civitatum, quæ in Jure Respublicæ nuncupantur, dummodo debitor idoneus sit solvendo sortem et fœnus; additque se mirari, quòd ii, qui de prædiatoriis pensionibus scripserint, huius legis non fecerint mentionem, quæ procul dubio est prima origo illarum.

Nam quia ex hac lege temporum

ſucceſsione notabile incomodum obortum eſt; cui uſque ad tempora Juſtiniani non obviatum fuerat, ſcilicet intantum, quod foenora et uſuræ non poſsent excedere et ultra excurrere, quàm quantum ſors principalis eſset, nempe totius debiti duplum, L. Si non ſortem, §. Supra quadruplum, D. de Cond: indeb: et Nov: 121. et 138. quibus corrigitur L. Uſuræ C. de Uſur.

Neceſse erat, ut Reſpublica civitatum læderentur, eoquod non poſsent recipere ſortem ſuam principalem, antequam foenora duplum ſuum attingerent, prout faciebant privati: Ita ut tandem pecuniæ ipſarum inutiles, et ſine quæſtu remanerent, quia ipſo iure ſiſtebatur uſura, cùm ad duplum pervenerat: quod privatis vix eveniebat, utpotè qui ſedulo ſortem principalem repetebant, quando animadvertebant uſuras non procul à duplo amplius abeſse.

Quapropter ut his incommodis

obviaretur, Justinianus Nov: 160. condidit, quæ ſtatuebat, quòd hæc dupli moderatio locum non eſſet habitura reſpectu Rerumpublicarũ illarum, Civitatum, et Comunitatum, quia, inquit, magnum intercedit diſcrimen inter debita privatorum, quæ ad voluntatem Creditoris poſſunt exigi; et harum penſionum Comunitatibus debitarum, quæ exigi non poſſunt, materiam.

Denique hæc Lex 2. de Debit. Civ: et hæc Nov: 160. directè ponunt speciem noſtrarum prædiariarum penſionum, quarum ſors principalis exigi non poteſt, et nihilominus à debitore, ubi ipſi viſum fuerit, reddi poteſt, et quæ aliàs ſingulis menſibus non ſolvuntur, velut uſuræ Romanæ, ſed ſingulis annis. Igitur quod à Jure pro Comunitatibus Civitatum ſtatuebatur in Gallia generatim ad omnes etiam privatos extenſum eſt; cum contra ex lege Christianiſſimi puræ uſuræ ibidem prohibitæ fuerint.

Enimvero Galli Chriſtianiſsimi
volentes ex una parte Evangelii
legem ſervare, Mutuum date ni=
hil inde ſperantes, et aliunde
conſiderantes facile non eſse
mutuum gratuitum pro indigen=
tia recuperare, ob remiſsionem
charitatis ex parte Creditorum
et duritiei ac ingratitudinis de=
bitoribus ſatis communis, hoc Roma=
norum inventum adhibuerunt,
ubi quæſtus moderatus pecunio=
ſos adducere poteſt ad ſubvenien=
dum indigentibus nempe harum
penſionum ratione, quæ ob ſortis
principalis alienationem ſunt
magis venditiones quàm mutua,
et propterea non poſsunt cadere
in prohibitionem Evangelij, quod
non niſi de mutuis loquitur.
Nihilominus patrum noſtrorum
Scrupulus talis fuit, ut hæ pen=
ſiones velut odioſæ, et toleratæ
duntaxat habitæ fuerint εις
σκληροκαρδιαν, propter duritiã
hominum et neceſsitatem com=
mercii, non quòd ex ſe ipſis velut

eſsent verè licitæ, imò multi ab=
ſolutè dubitarent, an non obſtante
cōmuni uſu, licitæ forent, donec
Summi Pontifices Calixtus III. et
Martinus V. hanc difficultatem di=
remerint, atque ſcrupulum hunc
ſuſtulerint per Extrav: Regimini 1.
et 2. de Empt: et Vend: Imo etiam=
num adhuc inveniuntur, qui ſibi
eas conſcientiæ ducunt.

Quapropter ipſis dati ſunt
quatuor limites et moderationes,
quæ aliquo modo ad Romanarum
uſurarum moderationes referuntur.

Prima, quòd non debeant exce=
dere uſuram unciariam, et in qui=
buſdam Regionibus, ubi cōmercium
et negotiatio eſt cōmunis adeoque
pecunia fructuoſior, uſuras dex=
tantes, prout videre eſt apud Si=
donium Apollin: lib: 4. Ep: 24. ſua
ætate fœnus exercitum fuiſse dex=
tantibus uſuris, quæ cumulus ſunt
et limites quæſtûs, qui ex pecunia
licitè recipi poteſt. quod ſecuta eſt
lex Ann: 1567.

Secunda, quòd hæ penſiones
non poſsint conſtitui niſi pro nu=
merata pecunia, et non pro a=
liis mercibus. ./.

Tertia, quòd hæ penſiones ex ſuap=
te natura, et neceſsitate debe=
ant ad voluntatem debitoris
poſse redimi.

Quarta, quòd quia in iure Ro=
mano fœnora non poterant exigi
ſupra duplum, id eſt excedere
Summam principalem.... et quia
Succeſsione temporum obſervatum
eſt, quòd fœnora iam particulatim
Soluta huius computationis partem
non facerent deciſione Legis Uſuræ
Cod: de Uſur: quæ nihilominus poſt=
modum correcta fuit à Juſtiniano
Nov: 121 et 136. Hinc etiam in Gal=
lia =simul exigi non poſsunt, niſi quinque
annorum reliquiæ penſionum pe=
cuniæ pretio conſtitutarum, et præ=
cedentes quæ intra quinquenniū exac=
tæ non fuerunt, ſunt præſcriptæ et per=
ditæ edicto Regis Ludovici XII. Aº 1512. Art. 71.